vinae & immutabilis, *racos* *mutabilis*
515.
imutabilis
deus hic p. s. v. c.
v. c. d. i. u. n. t. u. r.
judicia, conf. p. 25.
84.
Parte de c.
preciositas
ultimo
23
Trinity

Psal. 25. v. 10. & 33. v. 4. *Joh.* 17. v. 17. *Jac.* 1. v. 18. (2) *justitia*, alle-
sammans rättferdige: *justa pariter*. *Aequalem per omnia habent ju-*
stitiam & sanctitatem, recta & omnibus numeris absoluta, tum *ra-*
tione sui, quod in se sint æquissima, *Psal.* 19. v. 8, 9, 10. tum *ra-*
tionis nostri; quod nobis ostendant veram & coram Deo valentem *justiti-*
am, *Psal.* 21. v. 8, 9. *Rom.* 3. v. 11, 12. *Apo.* 16. v. 7 (3) *Preciositas*, v.
13 *The åro kosteligare än Guld och myskit sijn Guld. Desiderabilia*
pre auro & pre obryzo multum: corda mundana thesauros auri quæ-
runt, ast piis & fidelibus verbum Dei desiderabile est, super omne
quod preciosum est, *Psal.* 119. v. 127. *Prov.* 8. v. 19. *conf. Psal.* 119. v. 56.
72, 111. obrysum sive aurum solidissimum & purgatissimum, eodem ac
hic vocabulo describitur, *1. Reg.* 10. v. 8. *Hiob.* 28. v. 17. *Psal.* 21. v. 4.
Esa. 13. v. 11. *Thren.* 4. v. 2. (4) *Dulcedo*. *The åro sötare än Ho-*
nung och Honungskata. *Dulcia præ melle & destillatione favorum*,
inter dulcissima numeratur *mel*, *Judic.* 14. v. 18. & *mel purissimum*,
dulcissimumq; est, quod sponte eliquatur ex favis, *Prov.* 24. v. 13. & 27.
v. 7. NB. *Cantic.* 4. v. 11. verbum Dei optime confertur *favo mellis*. *mi-*
re quippe recreat mentem, ac velut novos spiritus & vires confert,
Prov. 16. v. 24.

IV. *A consequentibus* sive *effectis*, quæ in textu duo occurrunt.
(1) *directio salutaris*: *Dch warder tin Zienare genom dem förmanat*:
Etiam ego, qui servus tuus sum, *Psal.* 116. v. 16. & 119. v. 17, 38. *Illu-*
minationem & commonefactiones saluberrimas inde haurio, de Deo
amando, colendoq; & omnibus pii hominis officiis, *Psal.* 119. v. 8-11.
& 119. v. 6, 9, 10, 11, 15, 18, 24. Et idem vocabulum *Ecclesiast.* 12. v. 12,
Ezeck. 3. v. 10. & 33. v. 4, 5, 6. & res eadem, *2. Tim.* 3. v. 17. (2) *retri-*
butio gratiosa: *Dch then dem håller han hafwer stoor lödön: in cu-*
stodiendis illis retributio multa, *judicia tua*, sive *verba tua amans*,
æstimans, discens, docens, & secundum illa fidem ac vitam suam
conformans, ex gratia & benignitate Dei consequetur non quidem
proprie dictam mercedem, quæ meritis debetur, sed talem qualem
Deus ex gratia sua promisit & abunde se timentibus & colentibus
confert, *Psal.* 1. v. 2, 3. & 25. v. 12, 13. & 34. v. 10. & 61. v. 6. & 119. v.
165. *Matth.* 20. v. 7. *Ioh.* 13. v. 1. NB. *1. Tim.* 4. v. 8. *Jac.* 1. v. 21.

Utu, qui hinc duci debent *de timore Dei sincero & sine hypocrisi*,
de vero Dei cultu amando & servando, plenius diduci possunt *ex Conc.*

1675. Conc. 2. die 2. 1676. Conc. 3. die 1. 1684. Conc. 2. die 2. 1685. item
ex enarrat. Psalter. vernacula part. i. pag. 181. seqq. conclusio ex
Ierm. 15. v. 15, 16.

310.

1. Dec. 9. 1669
Conc. 1. die 1. 1672.
Conc. 1. die 1. Conc. 2.

CONCIO III.

Parasc. Psal. 51. v. 9. Aspersio sanguinis facta cum fasciculo
hyssopi, in mundatione erat ultimum, *Exod. 24. v. 8.* Collat. cum
Hebr. 9. v. 19. Lev. 14. v. 4, 6, 49, 52. Numer. 19 v. 6, 18. &c. Conf.
Exod. 12. v. 22. Ita sanguine Messiae vera fide apprehenso, mundari
cupit David, *Esa. 52. v. 15. 1. Pet. 2 v. 2. Hebr. 9. v. 13. & 10. v. 22. & 12*
v. 24. Hyssopus habet virtutem, tum extergendi humores noxios, tum
praeservandi a putrefactione; Ita etiam vera poenitentia vitiorum ex-
pulsionem & virtutum studium secum habet.

TEXTUS Jac. 4. v. 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12.

E*Xord. Esa. 1. v. 16, 17.* pars est Concionis poenitentialis quam
Esaias instituit, in qua peccatorum abjectionem & bonorum o-
perum studium urget, *Psal. 34. v. 15. & 97. v. 10. Amos 5 v. 14, 15.*
Rom 12. v. 9. (Conf. de concione Prophetica. Conc. 1. die 1. 1667. Cons.
1. die 3. 1675.) habemus in textu similiter

Concionem poenitentialem Apostolicam.

*I. De expellendis vitiis II. De sectandis operibus Deo
gratis.*

Votum. Psal 139. v. 23, 24.

Commendavit Iacobus, c. 3. v. 18. pacis studium, jam itaq; ea
recensere incipit, quae pacem turbant, c. 4. v. 1. adeoq; integra conci-
one poenitentiali docet severe.

I. Quae sint expellenda vitia: varij generis mala dura increpatione
tangit, (1) *Concupiscentiam inordinatam;* antea v. 1. concupiscen-
tias ut causas internorum dissidiorum & multorum malorum damna-
vit, *Gen. 4: v. 5. Josue 7: v. 20, 21. 1. Reg. 21. 2, 5, 6. 2. Reg. 5. v. 20.* ac ut
pugnantes in membris descripsit, *Rom. 6 v. 13, 19. 1. Pet. 2: v. 11.* Hic
vers 2 ut impedimenta bonae vitae rejicit *J begären och sän intetl nihil*
habetis, dum manetis pigri, *Prov. 13: v. 4.* vel implii, (*Hagg. 1: v 6, 7.* vel
iniqvi, *Jac. 4: v. 1.*) (2) *Invidiam & emulationem,* *J haswën Aßwund*
o. H. Nüt! quae saepe coedes & alia mala secum trahunt, *Gen. 4: v. 8: Prov.*
30: v. 4. Zach. 11: v. 5. Gal. 5: v. 15. 1. Tim. 6 v 9, 1. Job. 3: v 15. ut opera
carnis

517
55

carnis damnantur, Gal 5: v. 20, 21. etiam bonum impediunt, vid. Luth. Glossa ad h. l. *Thet är intet sätt at förvärfsva--strjda girigas och bedraga.* (3) *Dissidia & rixas, I Strjden och Örligen ic.* 1. Cor. 6: v. 1. *seqq. Jac. 2: v. 6. & 5: v. 6.* (4) *Neglectum precum, thersföre at i intet bidien/ cum tamen oratio sit medium consequendæ benedictionis divinæ, Matth. 7: v. 7. & 18. v. 19. & 21. v. 22. Luc. 18. v. 1. Jac. 1: v. 5.* (5) *Defectum precum ty i bidien illa/ Job. 4: 22. Sine fide, Jac. 1: v. 6, 7. conf. Job. 4: v. 23, 24, sine poenitentia, Psal. 66: v. 18: Esa. 1: v. 15, 16. Joh. 9: v. 31. contra Dei gloriam, Jer. 11: v. 11. cuius rei mox datur exemplum.* (6) *Voluptates & prodigalitatem, vthi idra Wallust Gr. ut ea in voluptatibus vestris consumatis, quo pertinet Edige/ v. 9. Jac. 5: v. 5. conf. Esa. 5: 11. Ezech. 16: v. 49. Amos 2: v. 6, 7, 8. Habac. 2: v. 9-11. Luc. 16: v. 19, 20. Rom. 13: v. 14. Phil. 3: v. 19. 1. Tim. 5: v. 6. 2. Pet. 2: v. 13.* (7) *Scortationes, v. 4. I Horkarlar och Horkonor/ tum corporis impuritate vos contaminantes, 1. Cor. 6: v. 18-20. 2. Cor. 12 v. 21. 2. Pet. 2: v. 14. tum animi desideria a Deo admundum convertendo. spirituales committentes scortationem, Exod 34: v. 15. Jer. 13. v. 27. 2. Cor. 11: v. 2, 3.* (8) *Amorem mundi, cuius damnum ostendit ex eo quod sic reddamur inimici Dei. hoo som Werldennes Wån wil vara/ han warder blisvandes Gud; Dvån/ ut B. Luth. ex Gr. Duobus dominis nemo servire potest, 1. Reg. 18: v. 21. Math; 6: v. 24. 2. Cor. 6: v. 14, 15. Quia v. mundus in malo positus est, 1. Joh. 5: v. 19. & Deo adversus, Rom. 8: v. 7. 1. Joh. 2: v. 15. ideo impossibile est servare simul amicitiam Dei & amicitiam mundi, Job. 7: v. 7. & 15: v. 19. NB. Gal. 1 v. 10.* (9) *Quævis peccata, v. 8. I Syndare qui peccato operam datis, Matth. 7. v. 23 & 16: v. 45. 1. Pet. 4: v. 18.* (10) *Hypocrisin, I ostadigel/ Gr. δειψοι duplites animo vid. Gloss. B. Luth. ad Jac 1: v. 8. En Man som twiflar/ vocantur duplites corde, Psal. 12: v. 3. conf. 1. Reg. 18: v. 21. Esa. 7: v. 9. Hos. 10: v. 1, 2. Apoc. 3: v. 15, 16. (11) *Obrektioner, v. 11. Förtalar icke hvar annan ic. ut verè humiles se ostendant & ab omni abusu lingvæ abstineant, Jac. 3: v. 1, 3, 5, 6-10 iterum monet. cavendum vitium obrektionis: de hoc crimine lege, 1. Sam. 22: v. 9, 10. Hiob. 19: v. 3. Psal. 35: v. 11. & 50: v. 20. & 52: v. 5, 6. Prov. 11: v. 13. Matth. 1: v. 18, 19. Rom. 1: v. 30. 1. Pet. 2: v. 12. & 3. v. 16. illud hic dissuadet Apostolus (α) quia proximus est frater noster, förtalar sin Broder/ Lev. 19: v. 16-17. Psal. 101: 5 NB. Malach 2: 10: conf. Matth. 18: v. 35. (β) in legem Dei iniquus est obrektor han förtalar lagen och dömer lagen/ egi obloquitur, vel detrahit, sc. dum fratri obloquitur, ipso opere ipsam legem vituperat, quæ charitatem sinceram postulat,**

Lev. 19. v. 18. *conf. Rom. 2: v. 17-24. & Legem judicat, dum id agit quod*
expresse in lege vetitum est, Lev. 19: v. 16. Legem apud se reddit irritam,
ac quasi se extollit supra legem, v. 12. Rom. 2: v. 21 icte & agens Gidra-
re/ quod tamen esse debet, Rom. 2: v. 13. Jac. 1. v. 22-25. Utan Domare/
quod summe temerarium est & impium, Rom. 2: v. 1. 1. Cor. 4: 5. Jac. 2.
v. 9. (γ) Obrectator jus Deo proprium sibi arrogat, en är & agens swa-
ren/ Deus summus, Esa. 33. v. 22. conf. Prov. 8: v. 15, 16. & in ejus con-
temptum vergit, cum temerarii ejusmodi obrectatores se supra legem
effecerunt, conf. 2. Theff. 2: v. 4. Han kan saligh göra och fördömas/ qui po-
test servare & perdere, cuncta agens divina sua omnipotentia, clemen-
tia & justitia sancta, Deut. 32. v. 39. 1. Sam. 2: v. 6. Matth. 10: v. 28. hoo
åstu som dömer en annan/ v. 11. Rom. 14: v. 4.

II. *Quinam sine sectandi actus Deo grati.* Requirit a. Aposto-
lus in vere poenitentibus (1) *Luctam & pugnam spiritus contra opera*
carnis, v. 5. Menen i at skriften säger fåfångt ic. Nihil a. frustra do-
cet scriptura, Rom. 15: v. 4. 2. Tim. 3: v. 16. Etiam si sententia sequens eo
verborum ordine ut hic non legatur in scriptura, rem ipsam tamen sa pe
sacri scriptores inculcant dum docent hominem a spiritu Dei actum,
Rom. 8: vers. 14. pugnare contra opera carnis, Rom. 8: vers. 13. Ac
maxime contra odium & invidiam, conf. Levit. 19: vers. 17. Num.
11: vers. 29. Prov. 10: v. 12. Job. 3: v. 26, 27. 1. Cor. 13: v. 14. Singula
a. verba hic consideranda; Anden/ scilicet Spiritus Sanctus, Gen. 6: v. 3.
ejusque operatio in regegnis, Job. 1: v. 13. & 3: v. 6. Som boor vishi eder/
hæc phrasis non nisi de spiritu Dei bono usurpatur, Rom. 8: v. 9, 11. 1. Cor.
3: v. 16. 2. Cor. 6: v. 16. begäret/ pugnat & contendit contra peccata qua-
vis & carnis opera, Gal. 5: v. 17-21. imprimis contra invidiam & odia,
Tit. 3: v. 3, 4, 5. 1. Pet. 2: v. 1. primus quippe fructus spiritus est charitas
Gal. 5: v. 22. emoot Hatet/ sub nomine odij comprehenduntur varii ge-
neris peccata, 1. Job. 2: v. 9, 11. & 3: v. 15. Jac. 3: v. 14, 16. & 4: v. 2. sicuti
variae virtutes a charitate derivantur, Rom. 13: v. 8-10. 1. Pet. 4: v. 8. 2. Pet.
1: v. 7. ut a. in hac pugna animosiores sint Christiani, gratiæ Dei sic ma-
jorem habituros eos mensuram ait Apostolus, v. 6. och gifver rijkeliga
Nådhi/ Majorem autem dat gratiam: Spiritus Sanctus cum adversus
odia & invidiam in piis pugnat, uberiolem porro ijs largitur gratiam,
Judic. 5: v. 31. Psal. 97: v. 11. Prov. 4: v. 18. Luc. 1: v. 52, 53. Job. 1: v. 16.
Eph. 3: v. 19, 20. 2. Pet. 1: v. 5. seqq. sequuntur hic in textu Jacobi secun-
dum optima exemplaria Græca hæc verba: idcirco dicit: Deus superbia
resistit, humilibus autem dat gratiam: hoc a Spiritu Dei antea dictum
Prov. 3: v. 34. & integre legitur, 1. Pet. 5: v. 5. (2) Subjectionem sub
Dei

Dei voluntate & mandata, v. 7. Sã wæter nu Gud i vnderdånige :
Cum magnum vobis sit damnum a mundo & ejus principe, v. 3, 4. Job.
14: v. 10. maxima vero utilitas a ductu Spiritus Sancti, v. 5, 6. Ideo vera
humilitate & pleno obsequio vos Dei beneplacito submittetis, secundum
verbum & præceptum ejus, *Psal.* 119: v. 91. conf. quoad facienda, *Exod.*
24: v. 7. *Deut.* 25: 27. *Psal.* 119: v. 106, (vid. *Conc.* 2. die 2. hujus anni)
quoad patienda *Judic.* 10 v. 15. 1. *Sam.* 3: 18. 2. *Sã.* 15: v. 26. *Matt.* 26: v. 39.
& quoad utrumque hic *Jac.* 4 v. 15. (3) *Resistentiam adversus Diabolum*,
ståår emoot Diefvulen/ vera fide pugnetis contra illum, 1. *Pet.* 5:
v. 9. 1. *Joh.* 5: v. 4. & reliqua armatura spirituali muniti, *Eph.* 6: v. 13.
seqq. in qua pugna vigilandum, orandum, sobrie vivendum *Matth.* 17:
v. 21. *Luc.* 22: v. 32. 40. *Ephes.* 6: v. 18. 1. *Thess.* 5: v. 4-8. 1. *Pet.* 5: v. 8.
Spem facit victoriae, sã slyr han ifrån eder/ ut a Christo, *Matth.* 4: v.
11. *Apoc.* 12 v. 10, 11. (4) *Accessionem ad Deum*, v. 8. Nascens Gud i
quod non localem notat appropinquationem, Deus siquidem ubique est,
& omnia implet. 1. *Reg.* 8: v. 27. *Esa.* 66: v. 1. *Jerem.* 23: v. 24. *Athor.* 17:
v. 28: sed postquam per impietatem & peccata, *Jac.* 4: v. 1-4. a Deo separati
fuerunt, rursus seria conversione, poenitentia, fide, precibus, amore,
obsequio, sancta & Deo grata vita, iterum ad Deum redirent, *Deut.* 30:
v. 20. 1. *Sam.* 7: v. 3-6. *Psal.* 73: v. 28. *Esa.* 45: v. 22, 23. *Jer.* 3: v. 2. *seqq.*
Joel. 2: v. 12, 13. *Hos.* 14: v. 2, 3, 4. *Ath.* 3: v. 19. &c. fructus sinceræ con-
versionis promittitur: Sã nascas han eder/ condonatione. gratia, auxi-
lio, benedictione & gratiosa unione in hac & futura vita, *Jer.* 32 v. 38-41.
Hos. 14: v. 5. *Joh.* 14: v. 21, 23: & 15: v. 4, 5. 1. *Joh.* 2 v. 24, 25. &c. (5) *Mundatio-*
nem, v. 8. Keener idra Händer i Syndare/ och venser idar Hierta i osta-
dige: Hæc purificatio sacra, est gratiæ divinæ opus, *Psal.* 51: v. 9, 12. *Ezek.*
36: v. 26. *Ath.* 15 v. 9. *Phil.* 2: v. 13, ac cum illa, *Esa.* 1: v. 16. vel similis con-
versionis actus ab hominibus requiruntur, *Deut.* 10: v. 16. *Jerem.* 4: v.
4. &c. hoc vult Deus, quod obicem non ponant homines gratiæ Dei per
verbum operanti *Deut.* 30: v. 6. qualis resistentia fuit in Judæis, *Athor.*
7: v. 51. ac indicatur simul studium ac desiderium reatorum, quo concessa
gratia in ulteriorem mundationem uti cupiant, 2. *Cor.* 7: v. 1. *Tit.* 2: v. 11-
14. postulat a hic, Apostolus primum *emundationem manuum*, ut il-
las & alia externa corporis membra actionum pravarum instrumenta,
Esa. 1: v. 15. & 59: v. 3. in posterum cohibeant a peccatis, *Psal.* 16: v. 6, 11.
Esa. 1: v. 16, 17. & 58 v. 6, 7. *Rom.* 6: v. 13, 19. 1. *Tim.* 2: v. 8. deinde
purificationem cordis, tangit Apostolus ipsum fontem venenatum, *Matt.*
15: v. 19. & requirit ut ejus & totius hominis purificatio fiat, per fidem

virtute sanguinis Christi ac operatione Spiritus Sancti, *Actor. 15. v. 9.*
1. *Cor. 6. v. 11.* 1. *Pet. 1. v. 18, 19, 22.* 1. *Job. 1. v. 7.* & 3. v. 3, *Hebr. 10. v. 22.*
inde felicitas summa, *Matth. 5. v. 8.* 2. *Pet. 1. v. 3, 4, &c.* (6) *Dolorem*
ob peccata commissa v. 9. warer åsende/ ut tanto magis serua sit conver-
sio vestra sensu ærumnæ tangamini, *Matth. 5. v. 3.* *Luc. 15. v. 18, 19.* *Rom.*
7. v. 24. conf. Psalmos Davidis pœnitentiales NB *Psal. 38. v. 3. seqq.* Och
sörret/ gravissima tristitia lugete, *Pf. 38. v. 9, 19.* *Matth. 5. v. 4.* 2. *Cor. 7. v.*
9, 10. &c. Och gråter/ Lacrymæ sunt internæ, pœnitentiæ signa externa,
Judic. 20. v. 26. *Psal. 6. vers. 7.* *Joel 2. vers. 12, 17.* *Matth. 26. vers.*
75. *Luc. 7. vers. 38:* Idert ådñe wånde sigh i Grådt och Blådienn i
Sorg/ cum antea in voluptatibus vestris. vers. 3. gavisus estis, jam
demissis oculis, in contritione cordis pudorem & mœrorem significa-
te, *Luc. 18. v. 13.* sic a. descentes peccata, iterum consequimini gau-
dium, *Matth. 5. v. 4.* *Iob. 16. v. 20.* *Apoc. 7. v. 17.* & 21. v. 4. (7) *De-*
votam humiliationem, v. 10. sörnedrer eder för Herranom/ vera &
sincera humilitate vos demittite, *Matth. 18. v. 1.* *Rom. 12. v. 3.* huc per-
tinent aliorum pœnitentium exempla, 2. *Sam. 15. v. 26.* & 16. v. 10, 2.
Chron. 12. v. 6, 7. *Psal. 131. v. 1.* *Luc. 7. v. 38.* & 15. v. 19, 21. & 18. v. 13
ut de cætero sanctissimum humilitatis exemplum Christus semper sit
ante oculos nostros, *Matth. 11. v. 29.* *Iob. 13. v. 14, 15.* *Phil. 2. v. 5, 6, 7.*
1. *Pet. 2. v. 23.* &c. deniq; hujus humiliationis consequens notatur, så
skal han eder vphöja/ suo tempore, 1. *Pet. 5. v. 6* is enim est ordo a
Deo constitutus, *Niob. 22. v. 29.* *Prov. 29. v. 23.* *Matth. 23. v. 11, 12.* *Luc.*
14. v. 11.

Usus, consistit in justa horum applicatione pro ratione cujusvis
Ecclesia, redarguendo vitia & hortando ad illa que Deo grata sunt.
Vot. & conclusio ex 1. Thes. 5. v. 23.

Die IV. (a. d. 6. Augusti) 1686.

CONCIO I.

Parasc. Esa. 52. v. 7. Est ibi prophetia de Evangelizantibus
in Nov. Test. juxta *Rom. 10. v. 15.* quod intelligi debet de omnibus a
Christo ad hoc munus in Ecclesia ordinatis, 1. *Cor. 12. v. 28.* *Ephes. 4.*
v. 11. cujus beneficii continuationem & quasi renovationem legimus,
in textu, quem votis & gratiarum actione meditemur.

TEX-

Exord. Dan. 12. v. 1. Michaël hic ut Dan. 10. v. 13, 21. est ipse Christus, Apoc. 12. v. 7, 8. qui cum jam luctuosissima essent Ecclesiae tempora, bedröfwat sigdh/ sub tyrannide AntiChristi, de quo agit Daniel cap. 11. v. 36. ad v. 45. vid. etiam notas in Bibl. vernaculæ majoribus. Tunc exsurget Christus populi sui defensor ac liberabuntur scripti in libro, h. e. qui per prævisionem Dei infallibilem illi noti sunt, ut Christo soli adhærenti & in fide ad finem vitæ perseveraturi, Eph. 1: 4, 6. Apoc. 13. vers. 8. & 21. vers. 26. Johanne in Apocalypsi cap. 12. describit victorias Christi contra Diabolum & diversos hæreticos. Cap. 13. rursus depingit impietatem & tyrannidem AntiChristi Romani: sed mox Cap. 14. illi ostenditur quomodo Machaël, Christus Jesus, Agnus Dei in monte Zionis fideles suos signatos & servatos tenet ab idololatria & aliis AntiChristianorum vitijs, v. 1-5. ac porro hic & Capp. sequentibus Deo revelante vidit Johannes quomodo detegitur, oppugnatur & punitur AntiChristus, videmus itaque hic

Angelum Evangelizantem

Votum, Psal. 68: v. 29.

Insigne est sapientiæ & bonitatis divinæ opus, quod contra errores per Papam Romanum Ecclesiae obtrufos, non modo Clarissima & evidentissima veritate in toto S:æ S:æ codice nos instruere voluerit, sed quod tum alibi tum imprimis in Apocalypsi Johannis, inter alia Ecclesiae fata, descripserit AntiChristi istius ortum, tyrannidem & lapsum ac simul designaverit præcones, quos contra illum exitaret. Hic itaque notanda circa angelum *pie & feliciter Evangelizantem*.

I. *Visio Prophetica*, och iagh sägh/videns hic est Divus Johannes, Apoc. 1: v. 1, 2, 3. Exhibetur en annan Ängel, *Alius* vocatur hic exhibitus respectu priorum in visione ostensorum Capp, 5. & 7. & 8. & 9. & 10. ubi partim de Angelo increato videl. *filio Dei*, partim de creatis essentijs spiritualibus, Psal. 104: v. 4. sermo est, hic a. diversæ naturæ *Angelus*, scilicet homo, ratione a. muneris *Angelus* dictus, ut doctores seipsem Ecclesiarum *Angelorum* nomen habent, Apoc. 1: v. 20. & capp. 2. & 3. ita etiam in V. Test. Esa. 33: v. 7. Hagg. 1: v. 13. Malab. 2: v. 7. & Johannes Baptista, Malab. 3: v. 1. flyga; Angeli Cherubini & Seraphini alati ostenduntur, hic a. notat celeritatem præconij & successum officij admirandum; ita volare de celerrimo motu, Apoc. 12: v. 14. mitf genom Himmelen: non in angulo vel in latebris, sed per totum orbem

599
doctrinam suam proclamabit, ut ab omnibus audiri possit, ac simul Dei tutela, supra hostium machinationes & persecutiones erit positus. Hanc habet esse ewig^o Evangelium de justificatione & salute per fidem in Christum, *Esa. 61. v. 1. 2. Luc. 4. v. 18.* quod æternum est ratione consilii æterni ac immutabilis veritatis, *Heb. 13. v. 8. Tit. 1. v. 2. Apoc. 13. v. 8* ratione durationis, *1. Pet. 1. v. 23, 25.* & quod efficacia sua se porrigat in æternum, *Rom. 1. v. 16.* Hæc hæc fortunæ stulle dem som boø på Jordenne, *ad Evangelizandum sedentibus in terra,* erant homines rebus terrenis maxime affixi. Hic in Græc. Emphaseos gratia *Εὐαγγελίζεσθαι*, quod aliàs cum tertio sive Dativo casu jungitur, regit accusativum, sicut *Act. 8. v. 25, 40.* & *14. v. 15, 21.* ut denotetur vis & efficacia istius Evangelizationis, describitur porro universalitas hujus prædicationis. Och allom Hedningom och Slåchtom/ och Tungomåhloim och Folckom/ sic per totum orbem diffundetur evangelium hocce, similis incolarum terræ enumeratio, *Apoc. 5. v. 9. & 7. v. 9. & 10. v. 11. & 11. v. 9. & 13. v. 7. & c. v. 7.* Och såde medh högä Röst/ voce vehementi & magnò zelo, *Esa. 58. v. 1.* fructu ter Gudh non homines, non AntiChristum. Ad verum & filialem Dei timorem ducit Evangelium, *Rom. 8. v. 15. Phil. 2. v. 12. Apoc. 15. v. 4.* Och gifwer honom Åhro. illi soli tribuetis adorationis gloriam ut mox sequitur, & non idolis, defunctis hominibus vel Angelis, *Deut. 6. v. 13. Matth. 4. v. 10* etiam illi gloriam misericordiæ, sapientiæ & justitiæ, quæ in Evangelio manifestantur, exhibebitis, *Luc. 2. v. 14. Rom. 3. v. 25. Eph. 1. v. 6. & c.* Tysfunden är kommen til hans Doom: appropinquat extremum judicium; quo etiam alii præcones excitarunt homines, *Act. 17. v. 29-31. & 24. v. 25. 1. Pet. 4. v. 7. 1. Joh. 2. v. 18. Jac. 5. v. 8, 9.* Och tilbeder honom som hafwer giordt Himmel och Jord/ Ergo ille solus adorandus & colendus qui est omnipotens, *Gen. 1. v. 1. Psal. 33. v. 6. & 124. v. 8. & 146. 6. Jer. 10. v. 10, 11. Act. 14. v. 15. & 17. v. 24. Rom. 1. v. 19, 20, 21, 25. & c.* Hafvet och Watufällorna, fontes etiam inter admiranda Dei opera numerantur, *Psal. 104. v. 10. & 114. v. 8. & c.*

II. *Impletio in Ecclesia Evangelica:* Extra dubium est apud omnes qui non superstitiosa veneratione Papæ Romani sunt occæcati, quod per hunc angelum & sequentes duos, *Apoc. 14. v. 8, 9.* designentur præcones a Deo excitati ad detegendum & oppugnandum istum AntiChristum Romanum, id enim coherentia totius libri Apocalyptici & Characteres indiciaque rerum revelatarum, in historiis ac eventibus investigata, manifeste evincunt. Ad quæ a. tempora & ad quas personas specialim quivis angelorum sit referendus, mirum non est discrepantiam aliquam

523
682
quam inveniri, siquidem vaticiniorum non prius sit perspicua claritas
quam ubi impletionis luculenta adest veritas, Ac licet nonnulli, ut tanto
concinrior ac certior sit duorum reliquorum Angelorum applicatio,
hunc primum referunt ad primos Papalium errorum oppugnatores
qui ante Octo vel novem secula cultui imaginum & sanctorum contradi-
xerunt eumque damnarunt, & ad sequentes veritatis testes, longe tamen
plures in eo conveniunt. quod per hunc primum Angelum designetur
felix illud Dei organum B. Docti, *Martinus Lutherus*: Siquidem in eum
exacte omnia, simul cum ordine Apocalyptico, quadrant (1) *A-*
pellatio Angeli, ut a Deo missi, nomen ei competit ratione muneris sa-
cri, dum ad S. ministerium & Doctoratum in Theologia ordinarie &
legitime vocatus & promotus, & a Deo donis magnis instructus fuerit,
(2) *descriptio* quod *ut per medium cælum volans frustra renitentibus*
Pontificiis, ac sic supra omnes illorum machinationes positus dilatave-
rit sacram doctrinam non modo per totam Germaniam regnaque occi-
dua, & aquilonaria, sed ipsis fatentibus adversariis, ad Orientem quo-
que & meridiem ad Græcos & Judæos ad ipsum novum orbem; virtuti-
bus quoq; insignibus & pijs Psalmodijs aliisque exercitiis sacris præluxit
Ecclesiæ ut *Angelus*. Quicquid secus ajunt Pontificij, est a patre menda-
cij Diabolo; *æternum Evangelium habuit* hic Angelus. Doctrina B.
Lutheri per omnia nititur *Fundamento Evangelico*, *Eph. 2: v. 20.* &
cum jam in Papatu articulus de justificatione hominis peccatoris coram
Deo tam miserè veneno traditionum humanarum depravatus & cor-
ruptus fuit, B. Luth. Orbi Christiano, & hominibus luto desperationis
quasi immerfis, h. e. *in terra sedentibus*, e verbo Dei ostendebat *Ev-*
angelium illud de Christo Jesu, agno Dei, tollente peccata mundi. *Joh.*
1: v. 29. de fide in illum nos justificante, *Rom. 3: & 4. Gal. 2: &c.* vid.
loca B. Lutheri allegata, Tom. 10. Altenb. pag. 1097. in articulis Smal-
cald. & alibi, semper hunc primum & principalem articulum ut proprie
dictum *Evangelium* inculcavit, ac ob id *Evangelista* nomen non re-
spuit, vid. Tom. 5. Altenb. p. 554: 6. & de jure hujus tituli conf. B. D.
Hoe. in *Apoc. 14: p. 59. & seqq.* Ecclesia quoque nostra B. Lutheri do-
ctrinæ, utpote, ex scriptura S. a fontibus Israël, haustæ inhærens, *E-*
vangelica, etiam ductu hujus loci, dicitur.) D. Calov. in *Apoc. 14: v. 6.*
pag. 1865.) ut etiam hinc constet falso sibi hunc titulum tribuere Eccle-
siam Calvinianorum, quamdiu in articulis fidei cum Angelo hocce, *E-*
vangelium æternum prædicante, non convenit. (3) *Prædicatio ipsa,*
dicens voce magna. Ita beatus ille vir Dei, Spiritu divino animatus,

523
voce heroica, intrepida veritatis professione, *honorem Deo & gloriam adorationis* illi soli tribuendam, opposuit cultui imaginum, sanctorum Angelorum a Papalibus introducto, omnes conciones & scripta sua in laudem divinae gratiae per Christum composuit; in hoc nec Papam nec potestates alias reformidans sed ore & calamo scriptis & verbis dicebat. *Timete Deum & date illi honorem.* Sed & *bonam judicij divini venisse*, frequentissime monuit, vid. loca e scriptis ejus allegata Tom. 10. Altenb. pag. 1200. *seqq. Deum solum adorandum esse*; in utraque Catechesi sua & tot scriptis aliis nunquam non docuit; denique articulum de creatione quem hic recenset voce Angelica, illum per varias tentationes & exercitia discendum suo exemplo docuit, Tom. 6. Altenb. pag. 909. Pluribus Theologi jam nominati, & alii exequentur hujus vaticinij applicationem ad B. Luth. idque jam in concione Funebri in honorem ejus habita a B. D. Pomerano 1546. die 22. Febr. demonstratum est. vid. Tom. 8. Altenb. pag. 852. & 864.

Ufus, Siquidem in patria nostra charissima, ex immensa Dei bonitate, pulsis tenebris Papalibus, fruimur luce ista Evangelij, quam Deus per B. Martin. Lutherum superiori seculo clementer reducere voluit, memores sumus mandati Christi, *Job. 12. v. 35, 36. later oss forty i Iusset gaa ic.* Agnoscit & deprædicat Rex noster clementissimus beneficium hocce divinum, in annuis edictis pœnitentialibus, & in aliis de religione editis: Agnoscamus & nos idipsum, devota ad Deum gratiarum actione, *Coll. 1. v. 12, 13.* in cujus laudis decantationem hymni Ecclesiastici *D. H. E. X. re Gudh af Himmelriif! Wi mä ic. & Gudh Fader wele wi præsa ic. D. H. E. X. re Gudh sin. D. Ord ic.* inserviant. Ipso denique opere sumus grati ut Evangelio convenit, ambulemus, *Phil. 1. v. 27: Conf. Ephes. 4. v. 1, 17. & 5. v. 2, 9, 15. Coll. 1. v. 10. & 2. v. 6. 1. Thess. 2. v. 12. & 4. v. 1. 1. Job. 1. v. 67.* Hæc tanto magis nunc nobis erunt curæ, itidem clementer monente S. R. Majestate postquam Pontificiæ religioni addictæ potestates vim suam & conatus eo vertunt, ut periculum creent a Romana Ecclesia dissidentibus Christianis, ac non leve jam imminet superiori Germaniæ veritate Evangelico-Lutherana hactenus collustratæ; jugiter itaque suspirandum, *Psal. 80: v. 15. seqq. Bewara oss Gudh i tin Ord! slå nedh Påsvens och Turckens Modh ic. (deducatur & amplifcetur pro ratione temporu.)*

Parasc. Luc. 1. v. 68, 69. (explicationem horum vide in enarrat. Evangelii die Job. Baptistæ) Quod Zacharias cantico celebrat, id in textu voto expetit David, (insituatur porro utriusq; loci plenior collatio)

TEXTUS 2. *Sam. 7. v. 27, 28, 29.*

EXord. *Psal. 132. v. 11, 12, 13. (hujus loci commentar. vid. in enarrat. Psalt. vernac. part. 3. p. 213. & Conc. 2. die 4. 1683. memb. 2.)* scopus & argumentum totius fere Psalmi convenit cum textu, in quo habemus.

Votum Davidis pro Ecclesia & regno Christi.

Votum. Psal. 119. v. 38.

Occasionem horum verborum ostendit nexus eorum cum antecedentibus: propositum narratur Davidis, 2 *Sam. 7. v. 1, 2, 3.* Revelatione divina data Nathani, illud corrigitur, v. 4-10. & v. 11. clare dicitur quod *Dominus* h. e. Deus Pater prænunciat Davidi, *Dominum* h. e. filium Dei, *domum illi adificaturum*: explicatur ea promissio, v. 12-16. sequitur venerabunda hujus vaticinii deprædicatio, v. 17-24. cui subjungitur desiderium Davidis, v. 25. seqq. Estq; in textu hocce *devotum Davidis votum pro Ecclesia & regno Christo sacris.* Idq;

I. Divino verbo excitatum, rationem quasi reddit cur a Deo promissionis petat impletionem, v. 25, 26. scilicet quia Deus revelavit: *En tu H'Erre Zebaoth/ tu Israels Gudh hafwer dynat tins Tienares ora &c.* vocando Deum *Dominum Zebaoth*, timorem suum in Deum ostendit, eum enim agnoscit Numen summe venerandum, cui omnes res creatæ tanquam *exercitus* duci suo subsunt & parent, *Gen. 1. v. 2. Hiob. 25. v. 3 Sap 5. v. 18-24. Syr. 40. v. 32-37.* ideo frequentissime hoc nomine verus Deus celebratur, 1. *Sam. 1. v. 3. 2. Sam. 5. v. 70. Psal. 80. v. 5, 28. Zach. 1. v. 3.* addendo: *Deum Israël*, amorem & fiduciam suam in Deum declarat qui Israelem in populum suum assumpsit. *Deut. 6. v. 4, 5. & 26. v. 17-19. Psal. 89. v. 18, 19.* conjungit utrumq; hic v. 26. *Revelasti aurem servi tui,* h. e. familiariter & distincte per Prophetam id indicasti mihi, v. 4, 5, 11, 17, 19. quodego attentis auribus excepi: eadem phrasis, 1. *Sam. 9. v. 15. & 20. vers. 2. 13. Hiob. 36. v. 10, 15. & alia similis Hiob. 33. v. 16. Esa. 48. v. 8. & 50. v. 4, 5.*

Oh sagi: Jag skal bygga sig et Huus; Respicit sensum vaticinii,

520.
in quo Deus pater promissit se velle per filium suum edificare domum Davidis spiritualem, v. 11, 13, 16. ipsum quippe regnum & domus promissa, longe excellentius describuntur, quam ut de temporali aliquo regno vel domo terrena capi possit textus, 2. Sam. 7. 11-16. ideo ipse David ad sublimiora hic respexit, 1. Chron. 18. v. 17. videlicet ad regnum Christi spirituale quo etiam tendunt verba ejus, Psalmo 2 & 72. & 89. & 110. & 132. &c. & sic interpretantur idem vaticinium Prophetæ, Esa. 9. v. 7. & 55. v. 3. Jer. 23. v. 5. & 33. v. 14, 15. Angelus, Luc. 1. v. 32, 33. Apostoli, Petrus Act. 2. v. 30. Paulus Act. 13. v. 34, 36. Rom. 1. v. 3. Hebr. 1. v. 5. nec clariorem ob oculos habere potuerunt locum Pharisæi Matth. 22. v. 42. *Ehersföre hafwer tin tienare sunnit sit Hjer ta/ at han denne Bønen til tig bidia skulle.* Cor meum alias timidum & inconstans sine tuo verbo non ausum fuisset ejusmodi aliquid a te petere. Jam autem percepta svavissima ista promissione, cor meum promptum est & paratum, ut tantarum rerum desiderium & fiduciam orando exprimat, Psal. 27. v. 8, 9. & 116. v. 10. *ex plenitudine cordis &c.* Matth. 12. v. 34, 35.

II. *Divina veritate roboratum*, v. 28. *Nu Herre Herre/ & nunc Domine! Domine!* Singularem cordis sui devotionem exprimit David in hoc sermone ingeminando *Herre/ Herre/* v. 18, 20, 29. & bis, v. 19. Quod & alibi sæpe sic occurrit, 1. Reg. 8. v. 53. Esa. 25. v. 8. & 40. v. 10. & 61. v. 11. &c. *Tu är Gudh/ Hebr. Tu ille Deus es.* Tu solus ac unice verus Deus es, Deut. 4. v. 35, 39. & 6. v. 4. & 32. v. 39. 2. Sam. 22. v. 32. 1. Reg. 8. v. 60. Psal. 83. v. 19. Esa. 45. v. 5, 8, 22. Jer. 10. v. 6. Marc. 12. v. 29. &c. Ac omnino cum veneratione S. S. Trinitatis nomina Dei hic repetit David, ut Psal. 67. v. 6, 7, 8. &c. *Dh tin Ord skola vara Ganning.* Verba Dei omnia verissima sunt, imo ipsa veritas, Joh. 17. v. 17. ideo verax dicitur Deut. 7. v. 9, 12. & 32. v. 4. Esa. 49. v. 7. Rom. 4. v. 20, 21. 1. Cor. 10. v. 13. 2. Tim. 1. v. 13. ac ob id promissiones illæ de Christo ac regno ejus erunt infallibiles, Ps. 89. v. 2, 3. Joh. 17. v. 17. 2. Cor. 1. v. 18, 20. 1. Thess. 5. v. 24. *Tu hafwer ehetta goda talat öfwer tin tienare/ quoniam nullo meo merito nec ulla dignitate mea, v. 18, 19. sed solum ac unice immensa tua clementia commotus, ea promissisti. ita etiam per sanctissimam tuam veritatem infallibilis erit promissionum eventus, Ps. 33. v. 4. & 117. v. 2.*

III. *Divina benedictione consummatum*, v. 29. *Så tag nu il och välsigna tin tienares Huus.* (De Hebraismo b. l. vid. b. Glass. Gram,

Gram, s. lib. 3. pag. 624.) Placeat tibi, sit firmum & ratum hocce
tuum beneplacitum, idq; benedicendo ipso opere imple, benedictio
quippe divina, causa est omnis prosperitatis & salutis, Num. 6. v. 24,
27. Ps. 67. v. 2. 7. & 115. v. 12, 13. in temporalibus, Gen. 9. v. 1. 26. v. 3,
12. & 28. v. 3, 4. & 49. v. 25. Exod. 23. v. 25. Deut. 28. v. 2. seqq. Prov.
10. v. 22. &c. & in spiritualibus, Gen. 12. v. 3. & 22. v. 18. & 32. v. 26,
35. & 48. v. 16. Exod. 20. v. 24. Psal. 5. v. 3. Esa. 61. v. 9. Jer. 31. v. 23.
Ab. 3. v. 26. Gal. 3. 14. Ephes. 1. v. 3. &c. At thet blifwer ewigt för tigh
æternitatem domui suæ precatur h. e. secundum promissionem factam
v. 13, 16. & explicationem, 1. Chron. 18. v. 14. (ubi quæ hic domus Da-
vidis vocatur Domus Dei) ut Ecclesia Christi domus Dei, 1. Tim. 3. v.
15. 1. Pet. 2. v. 5. dilatetur, floreat & extollatur in æternum, Psal. 28. v.
8, 9. vocatur a. hic & 2. Sam. 23. v. 5. domus Davidis, Luc. 1. vers. 32.
thronus Davidis, & Amos 9. v. 11. tabernaculum Davidis, quia Eccle-
sia & regnum Christi adumbratum est per imperium Davidis justum
& felix, 2. Sam. 8. v. 15. & 22. v. 51. Jer. 30. v. 9. imprimis vero quod
Christus etiam secundum humanitatem, Rex noster spiritualis est,
Luc. 1. v. 33. & secundum eam è semine Davidis est Matth. 1. vers. 1.
seqq. ideo in solatium & honorem Davidis, regnum illud æternum
semini ejus, h. e. Christo promittitur, ut ad hanc insignem promissi-
onem, 2. Sam. 7. v. 11. seqq. ipse sapius respiciat Psal. 132. v. 11. & in
ultimis suis verbis, 2. Sam. 23. v. 1, 3, 4, 5. nec in ullo alio nisi in Chri-
sto regnum ejus factum est æternum, Psal. 45. v. 7. Esa. 9. v. 7. Dan. 2.
v. 44. Tytu Herre Herre hafwer det talat iterum ad gratiam promi-
sionis respicit, v. 19, 25, 27, 28. Och medh sin wålsignelse skal tins tie-
nares Huus wålsignat warda til ewig tiddh. certa spe confidit votum
suum initio hujus versiculi conceptum divina benedictione consumma-
tum iri, ideo sic fiducia hujus verba efferuntur, 1. Chron. 18. v. 27.
Nam tu Domine benedixisti illi, sc. domui, & erit benedicta in æter-
num, gratia quippe tua magna est & æterna, 1. Chron. 17. v. 34, 41.
Omnipotentia tua omnia superat, Psal. 135. v. 6. & dona tua ἀμεταμέ-
ληται Rom. 11. v. 29. conf. Gen. 27. 33.

Usus hinc fluit multiplex: Primarius ille est, quod ut in Conc. 1.
ex Apoc. 14. dictum, Deus beavit patriam nostram Evangelii sui præ-
dicatione ac ita regnum & Ecclesia Christi apud nos est, id itaque
queramus, Matth. 6. 33. Hebr. 3. v. 6. & oremus pro ejus incremento
ac diuturnitate, Psal. 37. v. 26. & 68. v. 29. & 110. v. 2. & 145. v. 11.
Jer,

528
Ier. 17. v. 9. Luc. 24. v. 19. Coll. 4. v. 1, 2. 2. Thess. 3. v. 1. (conf. Meditaciones in petit. secundam orat. Dominica) utq; Deus hostes regni sui evertat, Psal. 10. v. 15. & 68. v. 2, 3. & 89. v. 24. Syr. 36. v. 12. Rom. 16. v. 20. convertat seductos, 2. Tim. 2. v. 25, 26. confirmet nos in bono, Psal. 51. v. 12, 13, 14. Ezeck. 36. v. 26, 27. Mich. 7. v. 4. 1. Pet. 5. v. 10. & nos æterni sui regni reddat participes, Psal. 73. v. 24. 2. Tim. 4. v. 18. & quoniam serenissima domus Regis Augustiss. Domini nostri clementissimi, Magna certe Ecclesiæ Evangelicæ decus & tutamen jam anno proxime elapso luctuosos experta est casus, etiam in illata occasione hujus textus, benedictionem divinam imploremus; largiatur Deus uberrimam & perpetuam benedictionem S. R. M. Regi optimo, Psal. 11. v. 4, 5. adde Psal. 10. & 60. S. R. Majestatis. Regnis exoptatissimis, Psal. 21. v. 6, 7. serenissimis Principibus Hæreditariis, Psal. 72. v. 1. seqq. & 115. v. 12-15. toti deniq; regno & in illo ordinibus cunctis, 2. Chron. 6. v. 41. 1. Tim. 2. v. 1, 2, 3. dicuntur ex Conc. 2. die 4. 1684. & Conc. 2. die 4. 1685. Conclusio cum voto ex Hebr. 13. v. 20, 21.

CONCIO III.

Parasc. Psal. 125. v. 4. 5. vide enarrat. Psal. vernac. fiat applicatio & præparatio ad textum.

TEXTUS, 2. Pet. 3: v. 17, 18.

EXord. Hebr. 3. vers. 12, 13. (vid. Conc. 2. die 2. 1683) hoc Pauli monitum jungimus cum textu, nam ipse Petrus ad talia respicit, 2. Pet. 3. v. 15, 16. hic in textu habemus curæ Apostolicæ, (de qua, 2. Pet. 1. v. 12, 13, 15) insigne documentum: Petrus quippe

I. Seductiones esse cavendas monet.

II. Ad pietatis incrementum hortatur.

III. Doxologia epistolæ suas obsignat.

Votum, Psal. 119. v. 37.

Gravi allocutione inchoat Petrus cap. hoc tertium, v. 1. 2. solidissime dein refutat empæctas sive irrisores, v. 3-10. redit ad monita, v. 11-14. & postquam suum cum Paulo commune studium ostendit, v. 15, 16. sum.

529. 71

I. *Cavendas esse seductiones monet*, v. 17. *Men I mie*
te täreste / ex antea dictis conclusionem infert, vos itaq; dilecti:
hac amoris plena compellatione, sapius illos movet, 1. Pet. 2. v. 11,
& 4. v. 12. & in hoc capite quater, v. 1, 8, 14, 17. Medan i weten
thet tilsförenna; Scilicet jam vobis constat exorituros irrisores & de-
ceptores, quod & Christi prædictione vobis constat, Matth. 24. v.
25, 26. & nos jam iterato monuimus, 2. Pet. 2. v. 1. seqq. & 3. v.
3, 4. Simul & indicavimus quæ illos maneat poena, 2. Pet. 3. v. 16.
ideo så förwären eder / corda & animos vestros ut munimenta & ar-
ces ab insidiis summa cura & sollicitudine servabitis, Eph. 6. v. 12.
seqq. & idem vocabulum, Luc. 12. v. 15. Actor. 21. v. 25. 1. Joh. 5. v.
21. similis phrasis, Hiob. 1. v. 10. Rom. 11. v. 20. seqq. 1. Cor. 10. v. 11. 12.
Apoc. 3. v. 11. Ut I icke sörförde warden / ne vel verbis vel aliis de-
ceptionis modis 1. Cor. 15. v. 33. a veritate abducamini, 1. Cor. 11. v.
3, 13-15. Gal. 3. v. 1. & 5. v. 12. Phil. 3. v. 2. &c. Genom the Ögudach-
tigas wilfarelse / impii hic designantur eodem nomine quo Sodo-
mitæ, 2. Pet. 2. v. 7. & tales notat vocabulum Græcum, qui ulla le-
ge nolunt regi, nec juri divino aut naturæ subesse, nec dictamen
honestatis vel rationis sequi, adeoque non verentur corrumpere a-
lios, Prov. 14. v. 8. sampt medh them / ne sitis errorum & infelici-
tatis eorum socii, Gal. 2. v. 13. conf. Num. 16. v. 26. Jer. 51. v. 8. A-
poc. 18. v. 4. Och fallent / ne tanquam Apostatæ prolabamini in
impietatem & sub iram Dei, Job. 3. v. 36. Gal. 5. v. 14. dum firmis
destituti estis radicibus, Luc. 8. v. 13. Eph. 4. v. 14. ifrån edor egen
stadigheet / a firmo & immoto fundamento, cui inædificati estis,
Eph. 2. v. 20. 1. Tim. 2. v. 19 scilicet per infallibilem Dei veritatem,
2. Pet. 1. v. 12. vera fide innixi Christo, Matth. 16. v. 18. 1. Cor. 3. v.
11. 1. Pet. 2. v. 5, 6. &c. Ergo sitis firmi & stabiles, 1. Cor. 15. v. 58.
16. v. 13. Eph. 4. v. 14. 2. Thess. 2. v. 1, 2. dicitur autem propria pio-
rum firmitas, non quod propriis viribus in fide stabiles persistere
possint, Phil. 1. v. 6. Sed quia soli vere credentes in fide manent
stabiles, Matth. 24. v. 13. NB. Coll. 1. v. 23, hypocritæ a cito exci-
dunt, Matth. 13. v. 20. 21.

firmi & stabiles

II. *Ad pietatis incrementum hortatur, v. 18. Och wä-*
ger / ic. Non solum requiritur, ut summo studio caveatis, ne erro-
neis Pseudodoctorum doctrinis una cum aliis involuti a fidei veri-

tate & firmitate excidatis, sed etiam ut sedulam detis operam ut in gratia & cognitione Christi Domini & salvatoris nostri, subinde majora capiat incrementa, ut h. l. pius Theologus *W. P. P. P. P.* et *conf. Psal. 84. v. 7. & 91. v. 13, 14. Prov. 4. v. 18. Job. 15. v. 2, 16. 1. Cor. 15. v. 58. 2. Cor. 7. 1. Eph. 4. v. 11. seqq. Phil. 1. v. 9. 1. Thess. 4. v. 1. & 2. Thess. 1. v. 3, 4. Jud. v. 20. &c.* i nādenā aliqui de donis gratia augendis exponunt, sed ut monitum hocce convenit cum voto, 2. Pet. 1. v. 2. ita etiam hic intelligi potest gratuitus Dei favor, in quo crescunt pii, quando illum in verbo Evangelii oblatum, subinde firmiore fide apprehendunt & firmiter retinent, quando per efficaciam spiritus sancti, *Zach. 12. v. 10. Rom. 8. v. 14, 15.* illam gratiam per Christi meritum partam, magis ac magis in animo suo sentiunt, & in illa confirmantur, quando in agnitione Christi & studio pietatis majores quotidie faciunt progressus, hæc enim filialis obedientia, Deo Patri propter Christum eo modo probatur ut archiori amore eos quotidie complectatur. Ita B. Gerh. ad h. l. *conf. Job. 24. v. 21. 2. Cor. 3. v. 18.* Och wārs Herres och Frālsares Jesu Christi funskap: ea intelligitur notitia, qua in hac vita personam, officia & beneficia Christi ex verbo Dei recte agnoscimus, promissionibus ejus assensum præbemus & beneficia fiducialiter apprehendimus, nobisque applicamus, *Job. 3. v. 16. Eph. 3. v. 17.* Ita in cognitione Christi salus nostra consistit, *Esa. 53. v. 11. Job. 17. v. 3.* & in his crescere debemus, *2. Cor. 10. v. 15. Phil. 1. v. 9. Col. 1. v. 9, 10. 1. Pet. 2. v. 2.* Hieronymi dictum est, *ubi capimus stare, descendimus, nostrumq; non progredi, jam est reverti:* & Bernardi: *minime bonus est qui melior esse non vult, nam ubi incipit nolle fieri melior, ibi desinit esse bonus.*

III. *Doxologia epistolas suas obsequat, honorem vobis dicitur* nu och til evig tidh Amen. Illi scilicet Christo, cujus divinitas etiam sic celebratur, *Rom. 9. v. 5.* tales enim clausulæ doxologicæ, non nisi soli vero Deo in Epistolis Apostolorum tribuuntur, *Rom. 16. v. 17. 2. Tim. 4. v. 18. Hebr. 13. v. 20, 21. Jud. v. 15. sit gloria, extollatur & laudetur super omnia, 1. Chron. 30. v. 11, 12, 13. Psal. 72. v. 18, 19. &c.* Nunc in hoc seculo, & in diem æternitatis, erit dies æterna, quæ nullam habebit noctem vel vesperam, *Apoc. 21. v. 25. & 22. v. 5. conf. Psal. 90. v. 4. 2. Pet. 3. v. 8.*

Favor Dei gratuitus

In cognitione Christi salus consistit

Usum, Dulcissimo hoc textu finiuntur sacra pœnitentialia & so-
 lennum precum hujus anni, ut discamus in agnita veritatis luce,
 de qua Conc. 1. & 2. ex *Apoc.* 14. & 2. *Sam.* 7. ita ambulare, ut 1.
 Constantes perseveremus in fide & pura doctrinæ confessione, *Math.*
 10: v. 22. *Luc.* 22. v. 28. 29, 30. *Actor.* 11. v. 23. & 13. v. 43. & 14. v. 22.
Rom. 2. v. 7. 1. *Cor.* 15. v. 1, 2. *Coll.* 2. v. 5. 6, 7. 1. *Thess.* 3. v. 8. 2. *Tim.*
 3. v. 14. 1. *Joh.* 2. v. 24. *Hebr.* 3. v. 6. 14. & 6. v. 15 - 19. *Apoc.* 2. v. 10.
 &c. II. Ut in gratia & agnitione Christi crescamus. Cujus necessi-
 tas jam ex ante dictis patet, sed & hic addendum, quidnam re-
 quiratur ad spirituale hoc incrementum juxta B. Gerh. (1) diligens
 & quotidiana verbi meditatio: Ut enim ex luce verbi, lux Θεο-
 γνωσίας & fidei premium in corde hominis erigitur, ita quoq; ex
 eadem verbi luce, lux fidei incrementum accipit, *Psal.* 36. v. 10, &
 43 v. 3, 4. & 119. vers. 18, 99, 100. *Ioh.* 5. vers. 39. 1. *Tim.* 4. vers. 13,
 14, 15. (2) seria precatio, ut cum Apostolis quotidie oremus,
Luc. 17: v. 5 *Domine, adauge nobis fidem*, fides fundit orationem &
 oratio fusa impetrat fidei veritatem, *Eph.* 1: v. 16, 17, 18. (3) Sollicita
 peccatorum voluntariorum evitatio, per illa enim & fide & gratia ite-
 rum excidunt, qui in ea consentiunt, *Sap.* 1. v. 4, 5. *Tit.* 1: v. 15. 16.
 (4) bonorum operum studium & fructificatio, quippe per que non so-
 lum vera & viva fides ~~scilicet~~ exerit, *scilicet* per ea & in illis pingvescit
 & augetur: ut Beatus Luth. loquitur in *cap.* 17. *Gen.* III. ut De-
 um celebrare & laudare perpetuum sit studium nostrum, *Psal.* 103: v. 1.
seqq. & 105: v. 1. *seqq.* & 106: v. 1. *seqq.* *Esa.* 63: v. 7. 1. *Pet.* 4: v. 11.
Apoc. 5: v. 11-14. *vid. Concion.* 1. & 2. *Solemn. Eucharist.* 1679.
 Conclusio ex 1. *Pet.* 5: v. 10.

*Ut in agnitione Christi crescamus
 quidnam requiratur?*

*Sphalmata, qua hic (in absentia scriptoris) irrepsērunt, pro
 suo Candore corrigat Benevolus Lector, & B. valeat.*

SOLI DEO GLORIA.

570
570

1234

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

♀ ♀

♀

♀ ♀ ♀ ♀ ♀ ♀ ♀

1001 230 61011

♀ ♀